

etiam voluit Baldus. Alexand. verb. in l. *sororem*, C. de his quib. ut indign. dicit hoc, quod applicetur tunc fisco, esse contra textum in dict. l. *ex parte*, et contra mentem Glossæ, et Doctor. in dict. l. *hæreditas*, C. de his quib. ut indign. dum reprobant solutionem secundam Glossæ ad dict. l. *ex parte*, et sic vult, quod tunc hæreditas non applicetur fisco, sed remaneat penes hæredem; unde articuliste redditur dubius ex conflictu istarum opinionum, videtur dicendum, quod ista lex indistinctè procedat, ut dixi, et est de mente Bartol. in dict. l. *ex parte*, et mente Doctorum in dict. l. *fideicommissum*, ubi, ut dixi, Baldus tenet expressè, et fuit etiam de mente Azon. et quia lex ista generaliter loquitur, et quia videtur absurdum, ut hæreditas maneat apud hæredem ita indignum.

(14) *Con lamuger*. Idem videtur, si cum filia, vel nura, ut in l. 9. tit. 26. 4. Part. et quæ ibi dixi.

(15) *Que era falso*. Adde l. *qui cum major*, §. *accusasse*, D. de bon. libert. et l. *alia causa*, C. de his quib. ut indign. et vide per Azon. D. de his quib. ut indign. in summa. col. 4. vers. *et secunda causa*, ubi hoc intelligit in hærede majore viginti quinque annorum; nam minori ætati ejus qui accusavit, paritur, l. *post legatum*, §. *ætati*, D. de his quib. ut indign. et argumento l. *minoribus*, C. eod. Quid autem si non dicat falsum, sed intenet honorum possessionem contra tabulas, an procedet quod hic habetur? Vide per Alexandr. in dict. l. *alta*, et Gloss. et Doctor. in l. *is qui contra*, D. de vulgar. et pupill. et nota, quod in impugnantem aliud instrumentum extra testamentum, vel codicillos, non procederet, quod hic disponitur l. *qui Romæ*, §. *Seja*, D. de verb. obligat. Paul. et Alexandr. in dict. l. *alia*.

(16) *Diessen juyzio*. Imponente finem liti intellige; nam si appellavit, et pendente appellatione destitit, idem est, ac si in prima instantia destitisset, argumento l. *qui cum major*, §. *accusasse*, D. de bon. libert. Gloss. in l. *Papinianus*, §. *meminisse*, D. de inoffic. testam. ita etiam declarat Azo ubi suprâ; sufficit enim, ut evitet istam pœnam, sive à principio, sive pendente appellatione desistat: et ita est intelligenda, et limitanda lex ista Partitarum ad terminos juris communis, unde sumpta est. Quid autem si desistat post conclusionem in causa? Cynus in dict. l. *alta*, voluit, idem esse, ac si lata esset sententia, quia causa censetur consumpta post conclusionem in causa, per l. *quamvis indubitati*, C. ad leg. Jul. de adulter. unde cautela est secundum eum, quod expectet sententiam, et postea appellet, et deinde ante conclusionem in causa renuntiet, seu desistat, quia sic non patietur pœnam privationis, per dict. §. *accusasse*, et idem tenet ibi Bald. allegans glossam notabilem in l. 4. in princ. in gloss. 2. ad fin. D. de action. empt. si tamen ille, qui desideret ante sententiam post conclusionem in causa, non agebat litem improbam, et ita ex actis appareat, excusaretur renuntians post conclusum in causa, secundum Paul. de Cast. et Alex. in dict. l. *alia*, per textum in dict. §. *meminisse*, ibi: *litem improba perseveraverit*; per quem textum etiam deciditur, quid si sententia esset lata contra absentem contumacem.

(17) *Personero, o Abogado*. Adde l. *post legatum*, §. *sunt qui putant*, D. de his quib. ut indign. et l. fin. 1. ratiõne, D. de inoffic. testam.

(18) *Del Rey*. Vide in §. *sunt qui putant*, vers. *advocatum fisci*: et nota istam legem Partitarum, cum dicit, *por pro, o mandato del Rey*, nam ex disjunctiva vult, quod etsi non necessitetur ex necessitate officii, excusetur procurator, vel advocatus fisci assumens hoc officium solum pro utilitate fisci: excusabitur ergo quicumque procurator, vel advocatus, etsi non sit ille, qui ad ista est deputatus à Rege; et sic extenditur dispositio dicti versiculi *advocatum fisci*.

(19) *Guardador*. Adde §. *si tutor*. Institut. de inoffic. testam. et l. *cum quædam mulier*, D. de administrat. tutor. ubi vide Bald. idem volentem in quolibet legitimo administratore.

(20) *La sesta*. Adde, quæ tradit Azo C. de his, quib. ut in dign. in summa, col. 4. vers. *est alia causa tertia*.

(21) *En poridad*. Secus si palam, ut in l. *non intelligitur*, in princ. D. de jure fisci, ubi vide bonum textum, quando dicatur fieri clam, vel palam; et nota quod licet fiat promissio de restituendo incapaci in publico instrumento, si tamen rogantur testes et tabellio, ut teneant in secreto, dicitur fieri clam, secundum Bart. in l. *non intelligitur*, §. *tacita*, D. de jure fisci, et in l. *in fraudem*, D. de his, quib. ut indign. ubi ponit hæc verba. Idem dicerem, si fieret instrumentum publicum adhibitis testibus et notario, in quorum fides posuit, quod hoc secretum tenerunt, tunc enim satis est tacitum fideicommissum;

id enim dicitur fieri clam, quod taliter fit, quod non potest devenire in notitiam adversarii, secundum Bart. in dict. §. *tacitè*, et adde Decium consil. 399. column. fin. et in dubio, quando non certificavit personam, cui restitueretur, est aliquis præsumptio, quod reliquerit incapaci; non tamen tanta, quod sufficiat, nisi aliter probetur, secundum Gloss. in l. *Lucius*, §. *in testamento*, D. de legat. 4. et ibi Bart. et idem Bart. in l. *quem hæredi*, in fin. D. de rebus dub. et licet non sufficiat hoc ad probandum tacitam fidem fuisse accommodatam, si tamen testator rogat hæredem, ut restituat, cui vellet, non poterit hoc casu spurium eligere, quia tunc videretur capere à testatore, l. *unum ex familia*, in princ. D. de legat. 2. et tenet Bart. in l. fin. col. 2. D. de his, quibus ut indign. Vide etiam in ista materia per Salicet. in l. *etiam*, vers. *item quæro*, C. de fideicommiss. qualiter hoc probetur: et quid si testator habens filium spurium instituat uxorem, et roget, ut post mortem restituat, quibus velit, quæ postea instituit spurium filium testatoris; an præsumatur, quod per eam fuit tacita fides ad hoc accommodata? Bart. dixit, quod non, in dict. §. *in testamento*, qui etiam ita consulit per multas rationes in consilio, quod incipit, *Cæchus Despoletus*: adde quæ notat idem Bart. in l. *si his, qui*, D. de vulgar. et pupill. et tradit Alexand. consil. 31. incipit, *viso themate*, ad fin. in 2. vol. et quæ notat Bald. in l. *eam quam*, col. 10. vers. *subjungitur talis questio*. C. de fideicom.

(22) *Fijo*. Spurio et incapaci, ut sequitur: et adde l. *non intelligitur*, §. *tacita*, D. de jure fisci, et Bald. in l. *etiam*, vers. *modo quæro*, C. ad leg. Falcid. Sed an si testator filio spurio reliquit palam, applicetur fisco? Vel remaneat apud hæredem scriptum; vel ad quos bona debeant, devenire? Vide Bart. in l. fin. col. 2. vers. *quæro, et revoco in dubium*, D. de his, quib. ut indign. ubi etiam tractat, an sit aliquis modus relinquendi filio spurio; vide ibi pereum.

(23) *Que lo non podia heredar*. Quid si poterat capere tempore testamenti, sed non tempore mortis, vet è contra? Vide l. *non intelligitur*, §. *quando autem*, D. de jure fisci, et l. *in fraudem*, §. 1. D. de his quib. ut indign.

(24) *Cumpliesse tal ruego*. Et inferius dicit, *e la entregasse*: inquit apertè ista lex, quod ex sola accommodatione tacite fidei de dando incapaci, si hæres ei non traderet hæreditatem, non auferretur hæreditas ab hærede, ut indigno, neque perderet hæreditatem, et secundum hoc superflua esset disputatio Bartoli indicta l. fin. D. de his, quib. ut indign. quid debeat facere in conscientia ille, qui est tacitè rogatus de dando incapaci, ubi concludit legaliter, ut ipse dicit, loquendo salva ratione Theogorum, quod debeat dare fisco secundum conscientiam, neque potest dare spurio, vel retinere, quia tenendo, dicitur malæ fidei possessor, l. *eum qui*, D. de eod. si malæ fidei est, omne, quod non est ex fide, peccatum est, ut in cap. fin. de præscript. ex quo Bart. vult apertè, quod ex sola tacita fide, etiam absque traditione, hæres patiatur istam pœnam: quod tamen dictum Bartoli, cum dicit non posse retinere in conscientia, et quod tenetur pandere fisco, non caret scrupulo, cum verus hæres sit, et in pœnam illi hanc hæreditatem fisco deferunt, et pœna in foro conscientie non solvitur, glossa vulgaris et notabilis in cap. *fraternitas*, 12. quæst. 2. et contra hoc dictum tenet Didac. à Covarruv. in suo epitome matrimonial. 2. part. cap. 8. §. 5. vers. 5. hinc constat, quod secundum eum ipse spurios possit in foro conscientie talia bona retinere, si sibi ab hærede tradantur, etiam si præcessit fides de restituendo; vide ibidem vers. 3. *infertur*. Sed fortè dictum Bartoli verius est, ex quo iste hæres non habet voluntatem defuncti, neque sibi relinqueret, nisi fidem tacitam præstitisset, unde non potest dici, quod si verus hæres. Item quod subdit dictus Didacus, quod spurios potest retinere salva conscientia, si sibi ab hærede tradatur, videtur contra ea, quæ dixi suprâ ead. l. in glos. super parte, *en poridad*, quod scilicet iste spurios non ab hærede videatur capere, sed à testatore, et cum sit incapax etiam in foro conscientie tenebitur restituere, prout etiam ipse Didacus fatetur, quod spurios non potest cum bona conscientia retinere res sibi à patre donatas, vel relictas, ut tradit ubi suprâ, vers. 1. et respondet ad glossam dicti cap. *fraternitas*. Tu cogita super his, et adde Lucam. de Penn. in l. 1. C. de his, qui se defer. lib. 10. col. 2. ad fin. ubi ponit quæstionem, an ille, qui commissit aliquod crimen, propter quod debeat perdere bona sua, si crimen sit occultum, teneatur ipse se deferre in foro conscientie, et hoc revelare; et ibi refert distinguentem Bartolum, an bona publicentur ipso jure, vel per sen-

tentiam. Tu vide in hoc de confiscatione ipso jure, quod non liget in foro conscientie, ut teneatur se prodere, quæ tradit Didacus à Covarruv. in dicto suo tractat. matrimonial. part. 2. cap. 6. §. 8. et Jacob. Septimacensis in suo tractat. de hæresi, cap. 9. num. 27. cum sequent. et hoc etiam probari videtur ex l. *non intelligitur*, in princ. D. de jure fisci, ubi totum pondus fit in accommodatione tacite fidei de restituendo incapaci, et idem probatur in §. *quando autem*; probatur etiam in dict. l. *eum qui*, in princ. D. de his, quibus ut in indign. ubi habetur: «eum qui tacitum fideicommissum in fraudem legis suscepit, eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, restituere cogendum, respondi, quia bonæ fidei possessor fuisse non videtur,» pondera verbum *quoque*, nam expressè sentit de hærede, qui possidebat, et adhuc non restituerat convento. Item quia reputat eum malæ fidei possessorem, et sic teneatur ad fructus etiam ante litem motam; hoc etiam probat textus, juncta secunda expositione Glossæ ibi in l. *etiam*, C. ad leg. Falcid. et ibi Salicet. expressè notat dicens: Nota, quod non expectatur, ut fidei accommodator solverit, sed sufficit, ut solum fidem accommodaverit, ut patet ex secunda expositione, quam facit Glossa super verbo *administrase*, quod tene cordi; hæc sunt verba Saliceti. Probat etiam hoc in l. *Imperator*, §. fin. D. de fideicommissar. libertatib. hoc etiam probatur in l. *in tacitis*, D. de legat. 1. ubi Joann. de Imol. notat tria requisita per illam legem, ut quis dicatur in fraudem fidem accommodare, scilicet, quod factum sit clam, et quod hæres secreta cautione se obligaverit, et quod sit fides accommodata de restituendo non capaci, et quod nisi prædicta interveniant, non habet locum aliqua pœna; et sic, quod solvat incapaci, vel ne, non est in consideratione; ibique refert Jacob. de Aren. Rayner. et Bald. inferentes, quod si non interveniat cautio aliqua, sed fortè nuda pollicitatio, vel nulla penitus appareat cautio, quod tunc non habebit locum aliqua pœna: et quod sic Doctores prædicti videntur sentire, quod licet hæres accommodasset tacitè fidem, si tamen se non obligavit cautione privata, vel chirographo, non habebit locum pœna, et per consequens non applicabitur fisco, quod dicit esse singulare in materia, si esset verum; ipse tamen tenet in hoc contrarium per dict. l. *non intelligitur*, §. *tacitè*, cum ibi notatis per Bart. et per Bart. in l. fin. D. de his, quib. ut indign. ubi Gloss. et Bart. videntur velle, quod nedum per cautionem privatam recognitam potest probari de accommodatione tacite fidei, sed etiam per confessionem ejus, qui dicitur rogatus, et istud dictum Imolæ videtur verius, maxime stante lege Ordinamenti hujus regni, incipienti, *E como quier*. Hæc omnia probant, peccatum hæredis, à quo pœna privationis descendit, consistere in sola fidei accommodatione tacita de restituendo non capi; unde videtur, quod ista lex Partitarum supplenda sit juxta l. juris communis, de quibus sumpta est, cum in hoc nulla diversitas opinionum fuit inter Glossatores, neque alios scribentes in jure communi. Et sic, quod si hæres rogatus solvit non capaci, confiscetur hæreditas, ut hic; et idem si non solvit, sed tacitam fidem accommodabit de dando non capaci per dictas l. et sic secundum utramque expositionem Glossæ in dict. l. *etiam*, et quod ista lex in hoc nolit corrigere, quæ erant de jure communi, patet ex l. 5. tit. 11. infrâ ead. Partit. ubi ponitur hæres ex sola accommodatione tacite fidei, nisi sit filius in potestate, vel servus testatoris: vel dic, quod ista lex Partitarum decidat casum singularem, qui non ita clarè reperiebatur decisus de jure communi, scilicet quod si hæres secretò fuit rogatus de restituendo incapaci, non tamen constat, quod hæres suam fidem ad hoc accommodavit; si tamen hæres processit ad actum restitutionis in persona indigni, tunc talis hæreditas restituta applicatur fisco, et hæres perdit jus, quod in hæreditate habebat; ut enim hic vides, non dicitur, quod hæres fidem accommodavit, sed quod rogamen tacitum testatoris implevit, restituendo incapaci: et licet de hoc videatur casus singularis in l. *si postulante*, §. fin. D. ad Trebell. non tamen est ita clarus, ut Bald. illum textum ad hoc allegavit in l. *eum quam*, col. 6. C. de fideicom. vers. *sed quæro*, ubi quærit, quid si dignus rogatus est restituere indigno, vel in minori parte digno? Et respondet, quod si rogatus accommodavit tacitam fidem, succedit fisco, sed si non accommodavit, non succedit; quod dicit esse verum, si res stet in actu verbi, sed si rogatus processit ad actum restitutionis in persona indigni, seu incapaci, tunc illud, quod restitutum est indigno, applicatur fisco, per dict. l. *si postulante*, §. fin. quem textum dicit unicum in jure; casus ergo ille, quando hæres accommodavit tacitam fidem de restituendo incapaci, non deciditur hic, ut remanet sub

dispositione juris communis, l. *commodissimè*, cum similibus, D. de liber. et posthum.

(25) *Perderia*. Libertates tamen in testamento relictæ deberentur, l. *Imperator*, §. fin. D. de fideicommiss. libertat. et non veniunt prælegata in bonis, quæ auferuntur in causa fideicommissi, l. *eum, qui*, §. fin. D. de his, quib. ut indign. et numquid ille, qui tacitam fidem accommodavit in uno nummo, censeatur indignus tota hæreditate? Bald. quod sic, in l. *etiam*, C. ad leg. Falcid. sed in contrarium est textus in l. *hæres, qui tacitam*, D. de his quibus, ut indign. Quid autem si testator, qui tacitè rogavit, erat presbyter, hæres verò institutus laicus, qui bona restituit, seu tacitam fidem accommodavit; cui fisco, an ecclesie, vel imperii, bona applicentur? Bald. in l. *si quis presbyter*, C. de Episcop. et Cleric. vers. *secundo inducitur ista lex*, dicit, quod fisco regio, ex quo bona auferuntur de manu hæredis laici, et cui erat jus quæsitum; si tamen hæres esset presbyter, applicaretur ecclesie secundum eum, qui arguit à sententia judicis ad sententiam legis; quia cum per sententiam judicis bona clericorum non possunt fisco imperii applicari, sic idem est dicendum in sententia legis: et cum dictis Bald. transibit ibi Paul. de Castr. et Joan. de Plat. in l. 1. col. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. Et nota, quod licet testator roget secretò hæredi, ut de bonis propriis det tantum incapaci, habebit locum hæc pœna, si tantumdem hæredi à testatore relinquatur, quantum rogatur restituere, secundum Joan. de Plat. in l. 1. circa fin. vers. *item limita*, C. de delator. lib. 10. per l. *sed si hoc*, §. 1. D. de condit. et demonstrat.

(26) *Las mandas*. Nota bene istam regulam, quæ etiam probatur ex juribus allegatis superius in qualibet ex prædictis sex causis.

LEY XIV.—Que galardon deve auer aquel que non puede ser por derecho establecido por heredero, nin rescibir manda, si alguno lo faze su heredero, o le manda algo, e el mismo lo descubre ante que sea acusado dello.

Si alguno de aquellos a quien defienden las leyes deste nuestro libro, que les non pueden fazer mandas, nin establecer por herederos, acaesciere que gela fagan encobiertamente, segun diximos en la ley ante desta, si este atal fuere a la Corte del Rey (1) (a), e dixere assi: Tal manda que me fizo fulano ome, segund me fazen entender, non la puedo auer segund derecho. fazed della lo que touieredes por bien. Por esta bondad que fizo, en descubrir (2) lo que le era mandado en poridad, que lo non quiso rescibir (3) contra defendimiento del derecho, dezimos que deve auer la meytad (4) a lo menos de lo que le fue mandado, o de la herencia (5), en que fue establecido por heredero en testamento de otro.

(a) Cuando se hicieron las leyes de Partida y el comentario de Gregorio Lopez, estaban confundidos los tesoros de la Hacienda pública y del Rey; mas habiéndose verificado la separacion debida de uno y otro, y habiendo variado tambien las instituciones judiciales, la manifestacion de que la ley habla, no deberá hacerse á la corte del Rey, sino al juzgado ordinario de primera instancia; ni tiene aplicacion á la glosa á no ser en su final, en que dice, que la manifestacion expresada puede hacerse *in quocumque Auditorio regali*; por el cual, segun la organizacion y atribuciones que actualmente tienen los juzgados y tribunales, deberá entenderse el juzgado ordinario referido, con intervencion del promotor fiscal, como indica la glosa, pues debe ser oido en los negocios en que se interesa la Hacienda nacional, de lo cual á su tiempo tomará conocimiento el juzgado de Hacienda.

LEX XIV.—Si incapaci testator aliquid relinquit fraudulenter jure institutionis, sive aliàs, et is antequam recipiat, Regis curiæ hoc revelet, habebit in præmium medietatem hæreditatis, vel legati ad minus. Hoc dicit.

(1) A la Corte del Rey. Non aperit coram quo delatio sit facienda, et de jure communi ista delatio fieri debebat coram procuratore Cæ-



saris, ut in l. 1. C. de his, qui se defer. lib. 10. et in l. 1. et 2. C. ubi caus. fiscal. fortè in regno sufficere, seu fieri deberet coram his, qui president in iudiciis rerum fiscalium, et patrimonii regni, qui vulgò dicuntur *Contadores Mayores*, qui videntur successisse in locum procuratoris Cæsaris, cum cognoscant de causis fiscalibus, et inter fiscum et privatam, prout de jure communi faciebat procurator Cæsaris, et sic in audientia istorum debet fieri ista delatio: et non videtur sufficere, si fiat coram procuratore fiscali, prout etiam tradit Lucas de Penna in l. 1. ad fin. C. de his qui se defer. lib. 10. vel dic, quod potest fieri ista delatio coram procuratore Regis, vulgo dicto *Mayordomo Mayor*; ad istum namque pertinet inquirere, et scire redditus, et jura Regis, ut habetur in l. 17. tit. 9. 2. Partit. et videtur successisse in locum procuratoris Cæsaris; et huic dicto consonare videtur l. 16. infra eod. non tamen ut videmus, de facto cognoscit de causis, sicut cognoscebat procurator Cæsaris: vel dic, quod sufficere, si delatio fiat in regio Consilio. Et cum ista lex non exprimat coram quo fiat, sed tantum dicat, ad Curiam Regis, videtur, quod sufficeret in quocumque Auditorio regali se deferat, ita quod etiam procuratori fiscali notificetur, ut causam prosequatur, ut notat Gloss. in l. 1. in princ. super parte recessum, D. de jure fisci.

(2) *En descubrir.* Statuitur præmium se deferenti, ut hic, et in l. 1. C. de his, qui se defer. lib. 10. et in l. edicto, D. de jure fisci, et in l. Senatus, §. 2. et in l. cum tacitum, D. de jure fisci; sic etiam revelantibus proditorum præmium assignatur in l. quisquis, C. ad leg. Jul. majest. l. in testamento, et ibi Bald. ubi etiam de revelantibus occisores, D. de hæredib. instituend. Adverte tamen, quod quidam sunt ita totaliter incapaces, quod etsi se deferant, non consequuntur præmium, ut hæretici, damnati in metallum, deportati, ut notat glossa l. in l. 1. in princ. D. de jure fisci, et vide eod. tit. l. edicto, §. eos.

(3) *Que lo non quiso rescibir.* Innuit, quod si jam recepit, quod et si se deferat, non consequatur præmium; contrarium tamen habetur in l. edicto, in princ. D. de jure fisci; et ita etiam est intelligenda ista lex, cum sit eadem, imò et major ratio, cum durius sit relinquere jam habita et possessa, quam habenda: et nota, quod ista confessio sufficit quoad sui præjudicium, licet quoad præjudicium aliorum non sufficere absque alia probatione, ut declarat Bartol. in dict. l. edicto, in princ.

(4) *La meylad.* Adde dict. l. cum tacitum, et l. senatus, §. senatus Adriani, D. de jure fisci, lex tamen l. C. de his qui se defer. dicit tertiam, quæ loquitur in hærede rogato, non in fideicommissario; ideo distinguitur, ut per Alberic. et Bartol. in dict. §. senatus, et per Joan. de Plat. in dict. l. 1. et per Angel. Aret. in princ. Institut. de fideicommiss. hæredit.

(5) *Herencia.* Intellige dimidiam dohrantis, ut in dict. l. cum tacitum, et vide in materia distinctionem Bartoli, et aliorum, quos supra in gloss. proxim. retuli.

LEY XV. — Por que razones se puede escusar el heredero, que non pierda la herencia, maguer non sea vengada la muerte del testador, a quien hereda (a).

Vengança, diximos, que es tenuto de demandar el heredero de la muerte del testador: e si non lo fiziesse assi, que pierde porende la heredad que devia auer del. Pero cosas y ha en que la non pierde por tal razon. Esto seria, como si el heredero querellasse la muerte, mas el Juez, o el Señor (h) de la tierra, non quisiesse (1) llegar a querella a derecho. Esso mismo seria, si acusasse a aquellos que sospechasse que le auian muerto, e diessen la sentencia contra el heredero absolviendo los acusados, e quitandolos de la acusacion que auian fecho dellos. Ca, maguer non se alçasse (2) de tal juyzio, non perderia porende la heredad. Otro tal seria, si el heredero fuesse menor (3) de veinte e cinco años; o si aquellos que ouiesse muerto al testador, non podiessen ser fallados (4) para fazer justicia dellos. Ca, por qualquier destas razones sobredichas en esta ley, que non fuesse tomada vengança de la muerte

del testador, non perderia la heredad porende, porque se entiende que non finco por el.

(a) LL. 4 y 5, tit. 9. lib. 3 del F. R.

(b) Véase nuestra nota á la L. 52, tit. 6, P. 1.

LEY XV. — Si hæres accusat occisorem ejus cui successit, et judex ei justitiam non administravit; aut succumbens, non appellavit; vel si occisor non invenitur; aut hæres est minor viginti quinque annorum, nec accusavit, non auferitur ei hæreditas propter hoc. Hoc dicit.

(1) *Non quisiesse.* In supremo domino, vel judice, ex cujus negligentia non esset superior, cui fieret querela de negligentia, vel iudicis malitia planè procedit; si verò esset judex inferior, querendum esset coram superiori, nam si inferior gravat denegando jus, potest adiri superior, ut cogat judicem; ut parti petendi reddat jus, ut in authent. ut different. judic. cap. si vero, collat. 9. vel ut ipse sibi justitiam faciat, cum ex negligentia devolvatur jurisdictio ad superiorem, ut in authent. de quastore, cap. 5. §. si vero forsan, et ibi Bart. collat. 6. et per Joann. de Plat. in l. nemo carcerem, C. de exactor. tribut. lib. 10.

(2) *Non se alçasse.* Adde l. propter veneni, §. fin. D. ad Syllan. et intellige secundum Bartolum ibi, quando sententia est bene lata, vel est dubium, quia tunc præsumitur pro sententia, vel si excusaretur propter inopiam; aliàs si malè esset lata, appellare tenetur, et etiam tenetur, si pars adversa appellavit, ei respondere, secundum Gloss. et Angel. ibi, et si appellavit, prosequi tenetur, l. minoribus, C. de his quibus ut indign.

(3) *Si el heredero fuesse menor.* Adde l. minoribus, C. de his quibus ut indign.

(4) *Non podiessen ser fallados.* Adde l. 5. §. si quis ignorans, D. ad Syllanian.

LEY XVI. — Como, quando el Rey, o su Mayordomo, recabda las herencias de los herederos, que non las merecen, a que dizen en latin, Indigni, es tenuto de pagar las debdas, e las mandas, a los que fueren señores dellas (a).

La desconoscencia, e el yerro que el heredero haze, en non querer vengar por juyzio la muerte de aquel a quien hereda, non deve empescer a los otros, que non auian culpa. E porende dezimos (1), que el Mayordomo (2), o el Procurador de Camara del Rey (b), que ouiere a recabdar los bienes que estos atales devien heredar, assi como sobredicho es, porque los non merecen auer, que deve pagar las debdas (3) que fincacion del testador, fasta en aquella quantia, que montare lo que el rescibio (4) de la herencia. Otrosi dezimos, que deve pagar las mandas (5) que fueren escritas en el testamento del finado, fasta en aquella suma, que montare lo que la Camara del Rey (c) rescibio de aquellos bienes, tirando ende la quarta parte (6) para el Rey (d), segun que la deve retener para si el heredero; e esta quarta parte se deve sacar de las mandas, quando non fincare tanto de la heredad, de que se podiessen entregar della.

(a) L. 4, tit. 9, lib. 3 del F. R.

(b) La Hacienda pública es quien percibe los bienes á que esta ley se refiere, y la misma Hacienda pagará las deudas y mandas.

(c) La Hacienda nacional.

(d) La Hacienda pública saca tambien como los particulares su quarta falcidia.

LEY XVI. — Hæreditate per Regem ab hærede defuncti necem non vendicante evicta, hæres satisfaciet creditoribus juxta vires hæreditarias, et legatariis, retenta falcidia, quam erat hæres habiturus. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Prosequitur notata per Azon. C. de his quib. ut indign. in summa, col. fin. vers. et est sciendum.

(2) *El Mayordomo.* Facit ad id, quod dixi supra eod. l. 14. in gloss. 1.

(3) *Las debdas.* Adde l. non possunt, D. de jure fisci.

(4) *Lo que el rescibio.* Et sic fiscus, licet non conficiat inventarium, non tenebitur ultra vires hæreditatis, ut hic et in dict. l. non possunt, et in l. 1. §. ad bona, D. de jure fisci, ubi hoc notat Bart. et Alber. in dict. l. non possunt, colligit, quod si alicujus malefactoris bona ad fiscum perveniant, non tenetur ultra quam ad eum pervenit, et intellige quando jure devolutionis, quia vacantia, seu confiscationis fiscus succederet, quia tunc non dicitur in hæreditate succedere, l. 5. §. eadem constitutio, D. de fideicommissar. libert. cum Glossa ibi, et ideo non tenetur ultra vires hæreditatis, ut in dict. l. 1. §. an bona, et hic, et ita intelligit Bart. in rubr. D. de acquir. hæred. vers. et ex hoc apparet; unde secus esset, quando fiscus succederet, ut hæres, et jure hæreditario.

(5) *Las mandas.* Adde l. cum fisco, D. ad Syllan. et l. dicitur, D. de jure fisci.

(6) *La quarta parte.* Adde l. Marcellus, §. fin. D. ad Trebell.

LEY XVII. — Por quales razones, la herencia que el heredero perdiessse por yerro que ouiesse fecho, non la deve auer el Rey (a).

Cuydarian (1) algunos, que todas las cosas que son tomadas a los que las non merecen, que devien ser de la Camara del Rey (b). E porende dezimos, que cosas y ha (2), en que non seria. E esto seria, como si dixesse el testador, e mandasse a algun ome alguna cosa señaladamente; e despues desto dixesse, que rogava a aquel ome, que fuesse guardador de sus hijos, a que llaman en latin, Tutor. Ca si este atal non quisiesse ser guardador de los moços, non merecia auer la manda. Pero tal manda que se toma a este, por razon que era desconosciente al fazedor del testamento, sera de los huerfanos (3) sobredichos, e non del Rey. Otrosi dezimos, que si algun ome furtasse el testamento en que le ouiesse fecho alguna manda, que la pierde (4) por esta razon, e que deve ser de los herederos del testador, e non del Rey. E aun dezimos, que si el testador estableciere por su heredero a alguno, cuydando sin dubda ninguna, que era su fijo; que si despues de la muerte del testador fuesse sabido en verdad, que non lo era, perderia (5) porende el heredero tal heredad; porque non la merece auer, pues que sabido es verdaderamente, que non es su fijo del finado. Pero tal herencia como esta non seria del Rey, mas de los parientes mas propincos del testador, si los ouiesse. E si parientes non ouiesse, estonce deve ser del Rey. Esso mesmo seria, si algun Christiano estableciesse por su heredero a algun Herege, o Moro, o Judio (6). Ca la heredad en que fuesse establecido por heredero alguno destos sobredichos, auerla yan los mas propincos parientes (7) del testador, e non el Rey, maguer estos atales non la mereciesse auer. Otrosi dezimos, que quando algun fijo fuesse sin piedad, que non quisiesse pensar de su padre, que fuesse furioso, o desmemoriado, podiendolo fazer, e pensasse otro estraño del, segund diximos de suso en las leyes (8) que fablan en esta razon; que porende pierde la heredad, como ome que la non merece auer. Con todo esso, tal herencia como esta non seria del Rey, mas de aquel estraño sobredicho, que penso del, dandole lo que le era menester en su vida. Esso mismo seria, si algun ome yoguiesse

T. IV.

en catiuo, e el fijo, o el otro que lo ouiesse a heredar, non lo quisiesse sacar de catiuo, assi como de suso diximos. Ca maguer este atal perdiessse la heredad, e non la mereciesse auer, por tal razon como por esta, non seria del Rey; mas deve ser dada para sacar catiuos, assi como ya diximos (9).

(a) L. 4, tit. 9, lib. 3 del F. R.

(b) De la Hacienda nacional; y lo mismo deberá entenderse en los demas periodos siguientes de esta ley.

LEY XVII. — Si legatarius constitutus tutor in testamento recuset officium, perdit legatum, pupillo applicandum, et si testamento celat, perdit legatum, hæredi acquirendum. Item hæres tanquam filius institutus, si apparet non esse filium, perdit hæreditatem, consanguineis defuncti proximioribus, applicandam: quibus non existentibus Regi applicatur: idem si infidelis, vel hæreticus instituitur. Item filio patrem furiosum alimentare nolente, applicatur hæreditas extraneo de eo curante, et hærede captivum non redimente distribuitur hæreditas in redemptione captivorum. Hoc dicit.

(1) *Cuydarian.* Prosequitur notata per Azon. in summa, C. de his quib. ut indign. col. fin. vers. præter hoc ad majorem notitiam hujus tituli, et vide notabiliter per Bart. in l. fin. penult. et fin. colum. D. de his quib. ut indign. et per Gloss. in l. hæreditas, C. eod.

(2) *Cosas y ha.* Regula ergo erit ex ista lege, quod quidquid auferatur ab indigno, applicatur fisco: adde l. Papinianus, §. meminisse, et ibi Gloss. et Bart. et Paul. D. de inoffic. testam. ubi Paul. limitat, et intelligit, quando propter suum delictum erat indignus, alias secus, ut in l. p. nult. C. de legat. l. 1. C. secund. nupt. l. si pater, C. de hæredib. instituend. idem tenet Bart. in l. auferatur, in princ. D. de jure fisci: et adde ad dictam regulam l. qui contra, et ibi Bald. C. de incest. nupt. Hæc regula limitatur, ut hic vides, in multis casibus; tu etiam limita in hærede indigno instituto, qui non adeat, sed repudiet hæreditatem, nam tunc hæreditas non applicatur fisco; ita Bart. per textum ibi in l. ejus, §. 1. D. de jure fisci, cum enim indignus non adquisierit, non potest dici, quod auferatur ab eo. Bald. tamen in l. eam quam, C. de fideicom. col. 2. vers. quero quid si testator, limitat hoc, nisi indignus repudiaverit in fraudem fisci; quod dicit præsumi, si hæreditas erat locuples, vel expediens fisco; allegat l. cum fisco, D. ad Syllan. quod tamen ipse limitat, quando indignus vivat adhuc tempore mortis testatoris, secus si decessit ante mortem; quia ratione indignitatis nihil posset auferri, cum dies indignitatis non cesserit, l. fin. D. de his quibus ut indign. Quod habetur tamen per Gloss. et Bart. in l. si sequens, in princ. D. ad Syllan. videtur his dictis obstare, cum loquitur ibi, quando hæres fuisset jam negligens in vindicanda nece defuncti, et sic est præsumptio, quod in fraudem fisci non adeat; et sic vult, quod hæreditas indistinctè auferatur ab indigno, sive adeat, sive non adeat. Idem etiam tenet Bart. in l. 1. in 4. quæst. princ. vers. item quero, quid si hæres institutus esset indignus, D. de vulg. et pupill. ubi Alexand. col. 11. dicit istam esse communem opinionem: Socin. etiam ibidem 34. col. vers. circa 7. quæstionem Bart. asserit hanc esse communem conclusionem, quod fiscus auferat hæreditatem ab indigno etiam excluso substituto; quam limitat, ut non procedat in eo, qui nullo modo est capax, quia tunc fiscus non succedit, l. 1. C. de hæred. instit. Secundò limita, ut procedat quando institutus recusavit, vel in fraudem fisci distulit adire; secus si mortuus fuisset hæreditate sine fraude non adita, quia tunc fiscus non admittitur, sed substitutus. Tertio limita, nisi institutus repudiaret, antequam fieret indignus, l. si antequam, D. ad Syllan. et voluit Bart. in dict. l. si sequens. Quarto limita, nisi datus esset substitutus hæredi indigno in eo, quod capere non posset, ut tenet Angel. per illum textum in l. 2. C. de hæred. instit. et in l. in tempus, D. eod. et licet Socin. contra istam ultimam limitationem arguat ex eo, quod expressio ejus, quod tacitè inest, nihil operatur, et non solvat, postest dici, quod ista expressio est per alium modum, quàm tacitè inest, cum dicit, in eo quod capere non possit; quod verbum potest comprehendere etiam incapacitatem supervenientem ex indignitate, quod non comprehendit id quod tacitè inest, scilicet si non adierit, vel adire non poterit, quod refertur ad aliam incapacitatem quæ,